



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam
Consummatissimi, Consiliarii Electoralis & Professoris
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice
locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

Corvinus van Beldern, Arnold

Francofurti ad Moenum, 1708

VD18 10184902

Intra quod Tempus debeat provideri de Beneficiis. Tit. 3

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62028](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62028)

TITULUS III.

Intra quod Tempus debeat provideri de
Beneficiis.

S U M M A R I A.

- | | |
|----------------------------|-----------------------------------|
| 1. Intra Semestre conferri | 6. In Beneficiis reservatis. |
| debet Beneficia. | |
| 2. An & eligi. | 7. Semestre quando numeratur. |
| 3. An presentari. | |
| 4 Quid in provisione Pa- | 8. Quando currat Patronochialium. |
| rochialium. | |
| 5. In conferendis Hospita- | 9. Tempus scientia quomo- |
| libus. | do numerandum. |

DE beneficiis vacantibus providere debent ii, ad quos spectat i provisio. c. de multa. 2. de præbend. intra sex menses. c. nulla. 2. de concess. præbend. c. licet. de supplenda negligentia Pra-

lat. Ne propter diutinam vacationem Ecclesiæ in spirituali-
bus & temporalibus patientur detrimentum. c. quoniam. §. porro. ut lice-
non contes.

Quod non solum in Collatione, sed & in Electione obtinet. Ab 2
bas per c. dilectus. 12. de concess. præbend. num. 2. & alii. nisi cathedralis
Ecclesia propter defectum Episcopi vel Regularis propter defectum cu-
juscunque Prælati perpetui, vacat. Ea enim ob majus periculum im-
pendens sive imminens, ultra tres menses Prælato vacare non dobet.
c. postquam. dist. 50. can. ob euntibus. dist. 63. c. ne pro defectu. 41. de elect.
d. c. dilectus. 12. Cum in ceteris Ecclesiarum sæcularium Prælaturis ac
dignitatibus, & aliis beneficiis in quibuscunque cathedralibus & aliis Ec-
clesiis, tam sæcularibus quam regularibus constitutis, locum habeat di-

JUS
MIS
ELESIARUM

etum semestre. d. c. nulla. 2. Innoc. Joan. Andr. Abbas in d. c. mprid
fectu.

3 Ut & habet in præsentatione: nisi sit patronus tantum Laicus; qui
ad præsentandum solum habet quadrimestre. c. un. §. verum. de jui
patron. in 6. & ibi Glos. & Dd.

4 Quod Semestre etiam locum habet in provisione parochialium,
quarum collatio spectat ad Episcopos; quando ad Papam aut alios de
bet intra quadrimestre perlonam magis idoneam, concursu previo,
eligere; electam illis significare: & c. ut in Constit. Piu V. 32. supercata
Eccliar. Paroch. quam vid. apud Garc. de benefic. part. 9. cap. 3. num. 3.

5 Idem semestre statutum ad conferenda hospitalia, qua conferen
tur in titulum beneficii: Rebuff. in concordat. tit. de Regia ad prelatis
nominat. §. 1. verb. intra sex menses. vers. item quando Calder. eti. loc.
de suppl. neglig. Prelat. Aliis hospitalibus conferendis nullum tempus
est statutum. De quib. intellig. Feder. de permur. qu. 2. 8. Paulus ad. 1. 12.
relig. domib. Cosmas in pragm. sanct. tit. de collation. §. item circa. verb.
spective. Selva de benefic. 3. part. qu. 64. num. 3. Corras. de benefic. 4. part.
cap. 1. num. 6. Zerola in praxi Episcop. 1. parte, verb. beneficium. §. 1.

6 Servare & dictum semestre debet, indultum habens conferen
tia beneficia reservata: aliis provisio devolvetur ad Papam. Cassida. loc.
8. de præbend. Mandos. de signatura gratiae. tit. de provisio. vers. in benefic.
reservatis. Non is qui Papæ vice fungitur; ut ejus Executor. Cassida.
loc. Selva d. loc. num. 4. Cosmas d. loco. Rebuff. d. loco. Corras. d. loco. num.
6. Zerola d. loco. Nullus enim terminus Papæ est præfixus. Francia. in
statutum. de præbend. in 6. Mandos. reg. 34. de annali. qu. 90. num. 2. Re
buff. d. loco. Lambert. de jure patron. 2. part. 3. lib. qu. 2. art. 8. num. 3.
Garc. part. 10. cap. 2. à num. 10.

7 Numeratur semestre à tempore vera vel præsumpta. Hoffel.
Joan. Andr. c. ex parte. de concessi. præb. scientiae vacationis. c. quia di
scitatem. in fin. de concessi. præb. aut quo scire potuit aut debut. d. c.
cet de suppl. neglig. Prelator. & ibi Innoc. Abbas & alii. Garc. d. loc. num.
27. & 33. Constitutum enim contra negligentes. d. c. quia diversitatem.
§. Franc. in d. c. statutum. Unde & non currit legitimè, siue de Jure
sive de facto, impedito. d. c. quia diversitatem. & ibi Abb. & d. c. n. p.
d. f.

Corvin De Perso et Benefic. Eccl

G I
3 2

defectu de elect. Rockus de jure patron. verb. honorificum. qu. 28. num.
38. Imputari enim non deber ei, per quem non stat, si non faciat, quod
per eum fuerat faciendum. c. imputari de reg. jur. in 6. Vivian. in ration.
Juri Pontific. ad d. c. quia diversitatem.

Similiter patronis tempus ad praesentandum currit, non à die va-
cationis, ut volunt Lambert. d. part. 2. lib. 2. qu. 1. art. 8. Mandos. reg.
34. qu. 53. num. 14. sed notitia ejus. Rota decis. 7. de præbend. in anti-
quor. veræ. Selvad. loc. qu. 59. vel præsumptæ.

Quæ determinanda per Judicem, beneficiorum qualitate, quan-
titate, locorum distantia & fama &c. consideratis. Rebuff. in concordat.
d. tit. de regia ad prælatur. nominat. s. 1. verb. inter sex menses. Rockus d.
qu. 27. Garc. d. loc. à num. 34.

Tempus scientiæ numerandum de momento in momentum. 9
Garc. d. loco, num. 43.

TITULUS IV.

Si Tempus præfixum non observatum.

SUMMARIA.

1. Non facta provisione locus, vacationis consi-
deratur tempus.
Beneficiorum vacanti-
um intra tempus præfi-
xum, fit devolutio ad
Superiores.
2. Iis non currit semestre.
3. Probanda ab Impetran-
4. In Beneficiis reservatis,
5. Fit de Capitulo ad Epi-
scopum, & vice versa
devolutio.
6. Quomodo fiat.
7. In Beneficiis amovibili-
bus an devolutioni locus.
8. Dicta de certo in Col-
latione observando tem-
pore

JUS
mis
clesiast

V.